

quod huiusmodi est in unoq; intellectu, cōmune quodam est, & in pluribus idem, incorruptibilia autem sunt ipsa communia, singularium, in quibus sunt per successione aternitate: eo enim quod in singularium omnium generatione similes, & idem maneat, existunt: huiuscemodi enim sunt ipsa communia, non quia in his singularibus totis sint, quae simul pariter existunt, & propter hoc sint cōmunia: sed in omnibus, & sunt eiusdem speciei idcirco etiam nihil uterit mortale aliquid existens esse aeternum: mortale enim existens ut singularis, est aeternum.

Annotatio in dialogo de hoc, si omnia fato fierent, auferri possibile, & contingens. Cap. quartum.

Num uideat tibi, quae secundum seriem causarum sunt ita fieri, ut & ipsorum omnium antea facta sint causa, & ex necessitate sequatur ipsorum unumquodq; ad antea factam causam? Quo enim pacto aliter possibile est dicere fieri ea, quae hoc modo sunt? Quod autem necessario sequitur ad aliquam determinatam, & antea factam causam, nonne uidetur tibi impeditum esse ab ea, ne aliter aliquo modo fiat, quam quod se habeat secundum consequentiam ad ipsam? Videtur & hoc, At uero, quod non fit, eod quod a factum iri impeditum fuerit, non utiq; factum illud possibile dicitur: si quidem possibile id est, quod potest factum iri, cum impedimento caeret: nam ex sententia illorum, qui dicunt possibile factum iri quod non est impeditum, quod impeditum est factum iri impossibile potro fuerit: hoc uero impeditum est factum iri. Recte & hoc mihi uideris dicere. Sed si haec uidentur tibi hoc pacto se habere, proculdubio, & quod ad hec sequitur concesseris: est autem hoc eorum, quae sunt secundum seriem causarum, & ab antea factis causis nullum aliter fieri posse: hoc autem posito, illud quoque sequetur, ex sententia illorum, qui omnia fato fieri dicunt sola haec esse possibilia quocumq; sunt, cum omne quod non fit, idcirco non, fiat quia impeditum sit factum iri ab antea factis eorum, quae sunt causis. Cur enim non concesserim quod iam concessi? Atqui posuim erat nobis et illud, omnia quae hoc modo sunt ex necessitate fieri. Positum quippe erat. Ad quae rursus sequitur illud, sola haec esse possibilia, quocumq; ex necessitate sunt: nam si sola quidem possibilia sunt ea, quae sunt: quae uero sunt omnia secundum seriem causarum sunt: quae autem sic sunt ex necessitate sunt: liquet sola ea esse possibilia, quae ex necessitate sunt. Recte dicis. Atqui iuxta eos, si omnia fato fieri dicunt, iuxta hos omnia sunt secundum seriem causarum. Na quo pacto aliter? Iuxta ergo eos, qui omnia fato fieri dicunt, secundum hos, solum quod ex necessitate fit, ut quod est, aut quod erit, hoc solum possibile secundum ipsos fuerit. Necessario quippe sed quae ex necessitate sunt non possunt non facta iri, quod enim possibile est non factum iri, contingit hoc & non factum iri, quod autem contingit non factum iri, possibile est non factum iri: quare quod necessario fit, erit impossibile non factum iri. Recte dicis. Sed, si impossibile est non factum iri quod necessario fit solum, erit & possibile factum iri quod necessarium, non quod fit solum: & hoc pacto sequetur ad id, quod necessario fit, necessario non factum iri, ex quo possibile factum iri etiam non factum iri possibile est: de solo autem, eo quod necessario fit, possibile uerificatur: quod cum sit absurdum, sequetur utiq; ad eos, qui fato omnia fieri dicunt possibile esse solum, quod ex necessitate fit: cum sumit id quod ex necessitate, non ut de uolento dicitur, sed de eo, cuius oppositum est impossibile: & si secundum eos tantum, qui omnia fato fieri dicunt, non est aliud ab eo, quod necessario fit, id quod fit, neq; quod ex necessitate fit, neq; est illud quidem, quod ex necessitate fit, ut dicit, quod ut fit, quod uero necessario, quod secundum causarum consequentiam notum est autem hoc ex eo, quod nec ui aliquid fieri potest secundum eos, qui omnia fato fieri dicunt: si enim quae fato sunt, se

cundum seriem causarum, & secundum diuinum quodam ordinem sunt, nullum autem eorum, quae secundum ordinem sunt, eiusmodi, ut sique: nullum igitur eorum, quae fato sunt, ui fieri, nam & si aliqui non uideatur his, qui eorum tempestate fuerint assentire, & hoc ab ipso facto, & diuino ordine habebunt. Quid enim aliud dicere possunt, quae sunt, dicunt secundum quaedam incommutabiles causas fieri: Et hoc fatum appellant, dicere eni fatum ipsum facere quodammodo huiuscemodi, quae absq; ui non paritura sint causis ipsis, alienum profus ad diuino ordine uidebitur. Cum autem omnia fato fiant, tollitur per ui aliquid fieri: nam & hoc fuerit secundum fatum, & ordinem, ut prius dictum est, nam secundum eos, qui omnia dicunt hoc pacto fieri, & ipsum non uelle sequi ad ipsum agens, erit secundum fatum, quod quo pacto non omnino irrationabile est dicere quosdam cogi ab antea factis quibusdam causis, his reniti, quae necessario sunt secutura? Maxime quidem irrationabile. Et enim ad hec, si quae fato sunt, ex prouidentia sunt, cur rationi consonum fuerit ex prouidentia aliquos his reniti, quae bene, & recto ordine ad prouidentia sunt? Recte dicis. Et enim si necesse est haec non facta iri, eo quod impedita sunt facta iri, non sunt haec, nec possibilia factum iri, si quidem possibile id est, quod potest factum iri, non impeditum. Recte dicis. Quae ergo necesse est non facta iri, haec non sunt possibilia facta iri, at de quibus possumus, praedicentes quod non erunt, uerum dicere haec necesse est non facta iri, si quidem haec facta iri necesse est, quae quis futura praedicens uerum dixit. Quo enim pacto aliter? De quibus potest, praedicens quod non erunt, uerum dicere, haec non poterunt facta iri. Nam quo pacto facta iri poterunt, quorum opposita ex necessitate sunt? Sed si de omnibus his, quae praeter fatum, potest, qui non futura praedixerit, uerum dicere, nullum eorum, quae praeter fatum, possibile erit factum iri. Recte dicis. At qui & necesse est haec facta iri, de quibus, quae futura sunt praedicens, uerum dicere potest, quae uero necesse est facta iri haec non possunt non facta iri. Ne enim est possibile. De quibus igitur, quod futura sunt praedicentem, possibile est uerum dicere, haec non possunt non facta iri, & de omnibus his, quae sunt, quae futura sunt praedicentes, possibile est uerum dicere. Nam quis alius dicendi modus? Nullum igitur eorum, quae fato sunt, possibile est non factum iri. Non eni possibile est. Sed si possibile quidem potest & non factum iri, nullum autem eorum, quae fato sunt, possibile est, & non factum iri, nullum utiq; eorum, quae sunt, possibile fuerit. Omne enim potest. Secundum quos omnia quae sunt, fato sunt, nullum etiam eorum, quae sunt, uerum, & non factum iri possibile est, ostensum est autem quod nullum eorum, quae praeter fatum, aliquid possibile est nullum igitur possibile est, cum omne ut fato, aut praeter fatum fit, nec eorum autem eorum possibile est, etenim si quod fato fit possibile quis dicat, quod necessario fit possibile utiq; dicit, sed si, quod possibile est factum iri, possibile & non factum iri, quod necessario fit possibile erit non factum iri, si uero praeter fatum possibile quis dicat, accidet rursus huic, quod impossibile est factum iri, possibile factum iri dicere, nam quo pacto possibile est dicere id contingere factum iri, quod, cum quis non futurum praedixerit, uerum dicit manifestum enim est, quod & si possibile aliter fuerit sui natura, ex hoc tamen quod impeditum est uerum erat, quod praedicebatur de ipso, ipsum non futurum etenim si hoc est possibile, quod si suppositum fuerit esse nullum sequetur impossibile: ad omne autem id, cuius oppositum, cum praedicitur, uerum est, supponenti esse impossibile, eo quod idem esset, & non esset, nullum eorum, de quibus contradictionis de futuro altera pars determinate uera est, contingens fuerit: in omnibus autem aiunt alteram contradictionis partem determinate uera esse. Aiunt quippe. Nihil igitur est contingens, neque eni de quibus uerum est uerum, erit, contingens, cum impos

*nihil quod
iri potest.*